

des et medium et non plus; et debeat mitti ualanea ubi eis melius placuerit.

St. Zen, LXVI.

[25]. *De auxilio tribuendo nauī cui esset aqua mollata, uel que esset periculata.*

Uolumus quod, postquam aliqua nauis exierit de portu, et contingerit quod se iungat cum alia naue cui mollata aqua fuerit, uel que periculata fuerit, et in aliquo portu uel extra portum eam inuenerit; liceat patrono eiusdem nauis, et illis qui fuerint in ipsa naue, c. 31. recipere de rebus || ipsius nauis ad suam uoluntatem et ponere ubi eis melius placuerit.

St. Zen, LXVII.

[26]. *Qualiter nauis cum exierit de aliquo portu naulum accipere possit.*

Inponimus quod nauis que exierit de aliquo portu de aliqua parte, et applicuerit in aliquo loco in quo poterit habere naulum, nolumus quod aliquod naulum accipiat nisi cum maiori parte de naulizatis, et cum maiori parte de marinariis; de quo naulo nauis habeat quartam partem; alterum quod remanet diuidi debeat per homines secundum usum. Et quicumque contra hoc iuerit, debeat emendare ipsum naulum in duplum communi Veneciarum. Saluis tamen omnibus ordinamentis de ipso naulo inter eos factis, et eciam omnia nostra statuta salua et firma et stabilita per omnia esse debeant.

St. Zen, LXVIII.

[27]. *De nauibus que caricabunt ad Alexandriam quod inter duo castella aliquam mercem non habeant.*

Statuentes statuimus quod naues que caricabunt ad Alexandriam, et ab Alexandria usque Sataliam, inter duo castella nullam mercem habere debeant ab arbore de me-